Redimus in unum deum patrem et filium et spiritum sanctum: visibillum et invisibillum factorem: per quem creata sunt omnia in celo et in terra. Hunc unum deum: et hanc unam esse divini nominis trinitatem: patrem non esse filium: sed habere filium qui pater non sit: filium non esse patrem: sed filium dei esse natum: sanctum quoque paracletum esse qui nec pater sit ipse nec filius: sed a patre filioque procedat. Est ergo ingenuus pater: genitus filius: non genitus pater: sed a patre et filio procedens. Pater est cuius vox hec est audita de celis: Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui. Hic filius est qui ait: Ego a patre exiivi et veni in hunc mundum. Paracletus est ipse de quo filius ait: Nisi abiero ad patrem paracletus non veniet ad vos. Hanc esse trinitatem personis distinctam: indifferentem. Preter illam nullam divinam esse naturam vel angelum vel spiritum vel virtutis alicuius qui deus esse credatur. Hunc igitur filium dei deum natum a patre: et esse principium: Patremque illum sanctificasse in utero marie virginis: atque ex ea unum hominem sine viri semine generatum: Id est: suscepisse dominum nostrum iesum christum non imaginarium corpus: aut forma sola compositum: sed solidum: atque hunc et esurisse et sitisse et doluisse et flevisse: et omnia corporis exercitia sensisse. Postremo crucifixum: mortuum et sepultum: Tertia die resurrexisse: conversatum postmodum cum discipulis: Quibus sanctum paracletum misit dominum ad celos ascendisset. Hunc filium hominis nunc vocari. Resurrectionem veram humanam credimus carnem. Animam hominis non divinam esse substantiam vel dei patris: sed creaturam divinam voluntate participam. Si quis ergo dixerit atque crediderit a deo omnipotente mundum hunc factum non fuisse:

Matt. 3. Job. 16.

Abi

Matt. 17. et. 28.



Sancti Augustini de tempore

atq; eius omnia instrumenta: anathema sit. Si quis dixerit atq; crediderit deum patrem eundem filium esse vel paracletum: anathema sit. Si quis dixerit atq; crediderit deum filium eundem esse patrem vel paracletum: anathema sit. Si quis dixerit atq; crediderit paracletum spiritum esse patrem seu et filium: anathema sit. Si quis dixerit atq; crediderit hominem iesum christum a filio dei assumptum non fuisse: anathema sit. Si quis dixerit atq; crediderit filium dei deum passum fuisse: anathema sit. Si quis dixerit atq; crediderit hominem iesum christum hominem impassibilem fuisse: anathema sit. Si quis dixerit atq; crediderit alterum deum esse prae legibus alterum euangeliorum: anathema sit. Si quis dixerit atq; crediderit ab altero deo mundum fuisse factum quod ab illo de quo scriptum est: In principio fecit deus celum et terram: qui solus verus deus est: anathema sit. Si quis dixerit atq; crediderit corpora humana non resurrectura post mortem: anathema sit. Si quis dixerit atq; crediderit animam humanam dei portionem vel dei esse substantiam: anathema sit. Si quis aliquas scripturas praeter eas quas catholica ecclesia recepit: vel auctoritatem habendas esse crediderit: vel fuerit veneratus: anathema sit. Si quis non dixerit semper patrem: semper filium et semper spiritum sanctum esse: anathema sit. Si quis non dixerit filium natum esse de patre: id est de substantia paterna: anathema sit. Si quis non dixerit verbum dei filium dei esse et deum patrem eius: et omnia posse: et omnia nosse: et patri equales: anathema sit. Si quis dixerit quod in carne constitutus filius dei cum esset in terra in caelis cum patre non erat: anathema sit. Si quis dixerit quod in passione crucis dolorem sentiebat filius dei deus et non caro cum anima quam induerat formam serui quam sibi acceperat: sicut ait scriptura: anathema sit. Si quis non dixerit quod in carne quam assumpsit sedet in dextera patris in qua venturus est iudicare vivos et mortuos: anathema sit. Si quis non dixerit spiritum sanctum de patre esse de ac proprie sicut filius de diuina substantia: et deum verum: anathema sit. Si quis dixerit spiritum sanctum facturam aut per filium factum: anathema sit. Si quis non dixerit omnia per filium et spiritum sanctum patrem fecisse: id est visibilia et inuisibilia: anathema sit. Si quis non dixerit per filium et spiritum

sanctum unam diuinitatem: parem maiestate: potentiam: unam gloriam: dominationem: unum regnum atque unam voluntatem: anathema sit. Si quis tres personas non dixerit veras patris et filii et spiritus sancti equales: semper viuentes: omnia continentem visibilia et inuisibilia: omnia potentes: omnia iudicantes: omnia viuificantem: omnia facientes: omnia quae saluanda sunt saluantes: anathema sit. Si quis non dixerit adorandum spiritum sanctum ab omni creatura sicut filium et patrem: anathema sit. Si quis de patre et filio bene senserit: de spiritu autem sancto non recte habuerit: haereticus est. Quomodo haeretici de filio dei et spiritu sancto male sentientes: in perfidia iudeorum et gentium inueniunt. Quod si quis patiatur deum patrem et deum filium et deum spiritum sanctum deos dici et non deum propter diuinitatem et potentiam unam quam credimus esse et scimus patris et filii et spiritus sancti: anathema sit. Si quis subtrahens aut filium aut spiritum sanctum: ita solum existimet esse deum patrem dici aut credi unum deum: anathema sit.

Item in eadem feria: Homelia de eo quod scriptum est in euangelio secundum Iohannem: Ante diem festum pasche sciens iesus etc. que habetur in expositione doctoris Ibidem.

Item eodem die alius sermo de Psalmo sexagesimo tertio: Exaudi deus orationem meam etc. qui sumptus est de expositione doctoris eiusdem psalmi.

Item eodem die alius sermo factus ad fratres in heremo: qui inter sermones ad eosdem habetur. xxviii.

Feria sexta In parasceue: de cruce et latrone: Sermo I C. XX

O dierna die dominus noster fratres habependit in cruce: et nos epulamur ut discatis quoniam crux christi ferre sunt et nudum spirituales. Antea namque crux nomine conuersionis erat: nunc vero facta est res honoris. Prius in damnatione maledicti stabat: nunc in occasione salutis erecta est. Haec enim crux innumerablem nobis bonorum extitit causa. Haec

Ser. C. XXX. Feria sexta in pasceue: Ser. I

nos de erroribus liberauit: hec nos sedentes in tenebris illuminauit: hec nos ex diabolo expugnatore reconciliauit deo: et ex alienatis restituit in domesticos: De longinquis proximos fecit: de pegrinis reddidit ciues. Hec est inimicitiarum interemptio: pacis firmamentum: et omnium nobis bonorum thesaurus. Propter hanc iam non erramus in solitudinibus: uiam enim ueritatis agnouimus: nec iam extra regnum sumus: ianuam enim regis intrauimus. Iam ignitas diaboli sagittas non timemus. Fontem enim uite quo extinguere inuenimus. Propter hanc iam in ueritate non sumus: sponsum enim recepimus. Non expauescimus lupum: quia bonum pastorem inuenimus. Ego enim sum ait pastor bonus. Propter hanc non formidamus tyrannum: regi enim adhaeremus. Propter hanc diem festum agimus: crucis memoriam celebrantes. Ita et magister gentium docet propter crucem annua festa constitui. Epulemur inquit non in fermento ueteri: neque in fermento malicie et nequicie sed in azymis sinceritatis et ueritatis. Deinde causa agende solennitatis adiciens ait: Quia pascha nostrum pro nobis imolatus est christus. Ubi autem sacrificium: ibi et interemptio peccatorum: ibi reconciliatio dei fiet. Uox leticie et salutis: in tabernaculis iustorum. Sed et omnis terra letetur: pascha nostrum pro nobis imolatus est christus. Et ubi imolatus est? Dicitur: in altitudine crucis. Nouum est altare sacrificij huius: quoniam et imolatio noua et admirabilis. Ipse enim et hostia erat et sacerdos. Hostia quidem secundum carnem: sacerdos uero secundum spiritum. Idem ipse et offerebat quidem se secundum spiritum: offerebat uero secundum carnem. Audi igitur nunc quod utraque hec manifestauerit paulus. Omnis inquit sacerdos qui ex hominibus accipitur: pro hominibus constituit: unde necessarium est: ut et ipse habeat quod offerat. Ecce ipse offerebat seipsum. Alibi dicitur est: Quia dominus semel oblatus est pro oblatione sui: deinceps ut multorum auferat peccata. Secundo uero sine peccato uidebitur his: qui expectant eum in salutem. Ecce istuc oblatum est: ibi seipsum obrulit. Uidisti quod simul et hostia et sacerdos factus est: et altare erat crux. Et cuius rei causa non in templo offertur hec hostia: sed extra ciuitatem et extra muros: ut illud adimpleret quod scriptum est: Quia inter iniquos deputatus est. Cuius igitur rei causa in altitudine crucis imolatus: et non sub tegmine edificij? Quod hoc scilicet ut aeris naturam mudaret: propterea non in altari: nec tecto supposito: sed

sub celo. Aer enim purgabat: cum in altitudine imolaretur ouis. Terra etiam purgabat: quia stillabat sanguis domini super eam: Ideo non sub tegmine neque in templo iudeorum: ut non subtraheret sacrificium salutare iudei. Neque existimes pro illa tantummodo gente hanc hostiam offerri. Propterea enim extra ciuitatem et extra muros: ut intelligas quoniam communis est hostia pro genere humano oblata: et ideo communis est purificatio: non ex aliqua parte quemadmodum fuerat in iudeis. Quia iudeis ideo precepit deus relinquere uniuersam terram: et in uno loco offerre sacrificia et vota reddere: quoniam imunda erat tunc uniuersa terra fumo ararum et nidore bustorum: ceterorumque coinquinatorum: eorumque de prophetis gentium sacrilegijs inferebantur super eam. Nobis uero iam quod christus adueniens uniuersam terram expiauit: omnis locus oratorum factus est: Et idcirco beatus paulus hortatur et precipit sine intermissione orare ubique dicens: Uolo orare uiros in omni loco leuantes manus sanctas. Uides quomodo mudatus est orbis terrarum. Et ideo ubique sanctas manus leuare possumus: quoniam uniuersa terra sanctificata est: ut sanctior sit quam illa que in interioribus templi ueteris erat sancta sanctorum. Ibi namque irrationabile animal ouis offerebat: hic autem spiritalis oblata est. Et quanto maior est oblatio: tanto et eminentior sacrificatio: idcirco festiuitas epulationis est crux christi. Uis discere et aliud crucis beneficium? Paradisum ante quinquaginta milia vel amplius fere annos clausum: hodie nobis aperuit. In hac enim die et in hac hora latronem introducens christus: duplex beneficium operatus est: unum quidem quia paradisum aperuit: aliud uero quia latronem introduxit. Hodie reddidit nobis patriam principalem: hodie reduxit nos in ciuitatem paternam: et eternam domum redonauit communi hominum nature. Hodie mecum eris in paradiso. Quid dicitis? Crucifixus es: et clauis confixus: et paradisum permittis? Ita inquit ut in ipsa cruce uirtutem meam agnoscas: quoniam res hec tristitie uidebat: ut non in crucis lignum attendas: sed uirtutem eius que crucifixus est discas. In cruce hoc miraculum operatus est: unde maxime potentiam suam uocatur omnipotens. Non mortuum resuscitans: non mari et uentis imperans: non demones efficiens sed crucifixus et consputatus in facie: clauis confixus: cum iniurias et maledicta suscipet: derisus atque contempus malignam illam atque longo scelex usu obduratam latronis mentem imutare preualuit: ut ex utroque uirtutem eius inspicias. In eodem

Deut. 12.

1. Timoth. 2.

E

Luc. 25.

Sancti Augustini de tempore

enī tempore passionis crucifixus vniuersam
creaturā turbauit: et saxa dirupit: duriorē
dō lapidibus animā attraxit pariter et hono
ravit dicens: Hodie mecū eris in paradiso. Et
Luc. 23. certe cherubin custodiunt paradisu: sed hic etiā
Sch. 3 cherubin dñs est. Flāmea rhombēa obuol
uit: sed ipse et flammę et gehēgę et vitę et mor
tis potestātē habet. Et quidē nemo regum
aliquando passus est latronē hominē: aut
quēq; alium eiusdē naturę conseruū secum
assumens ita i ciuitatē introducere: sed chri
stus hoc fecit qui mortis et diaboli victor: et
sacratissimā ingrediens patriā secum latro
nē introducit: nō cōculcans paradisu istū
pietatis opere sed honorans: neq; pfundēs
latronis introitu s illustrās. Honor nāq; pa
disi est: talē dominū habere qui etiā latronē
dignū facere posset paradisi delitiar. Etenī
cum publicanos et meretrices introduceret
in regnū celozū: non confudit sed extulit re
gnum celozū: neq; detecit sed potius hono
ravit paradisu. Honor enim vt dixi est para
disi talem habere dominū: qui et latronem
dignū facere possit delitijs et possessione pa
radisi. Talis est enī domini regnū celozū: vt
et meretrices et publicanos ita pbabiles red
dat: vt digni appareāt gratia et gloria q̄ illic
est. Quēadmodū enim medicū tūc maxime
admiramur: cum viderimus eum difficiles
hominū valitudines curantē: mortisq; peri
cula medendi arte vincētē: ita et chriſtū ad
mirari iustum est: quādo insanabilia vulne
ra in corporibus et mentibus curat: quando
publicanū et meretricē ad tantā sanitatē per
ducit: vt etiā celo dignos ostendat. Et quid
tali dignum quiete egerat latro: vt post cru
cem quā meruerat: repēte paradiso dignus
iudicaret? Uis breuiter dicam virtutē fidei
eius? Quādo petrus negauit deorsum: tūc
ille cōfessus est sursum. Et hęc non vt accu
sans beatissimū petrū locutus sū: qđ absit:
s latronis magnanimitatē ostēdere volēs.
Nam ille discipul⁹ minas abiectę puellę nō
sustinuit: latro dō multitudinē toti⁹ populi
vidēs circūstantē: et clamantē insanas blas
phemias et opprobria atq; maledicta iaculā
tem: nō attēdit illis: nō cogitauit visibilē ab
iectionē eius q̄ crucifigebat: sed oculis fidei
hęc cūcta trāscurrens: et vt abiecta et leuia ve
ritatis ipedimēta p̄teritēs et reliquēs: cogno
uit dñm celi: et ait dicens: Ademēro mei dñe
Luc. 23. in regno tuo. Ne ergo breui cōmemoratione

dimittam⁹ latronē istū: neq; pfundamur do
ctozē accipere: quē dñs nō nō erubuit primū
in paradisu introducere: Ne inq; erubescam⁹
magistrū habere hoīem: qui ante omnē ge
neris humani naturā meruit dignus haberi
regno celozū. Sed singula intenti⁹ disquirā
mus vt virtutē crucis agnoscam⁹. Nō dixit
ad eū dñs quēadmodū ad petrū: Veni post
me faciā te piscatorē hominū. Nec dixit ad
eum quēadmodū ad duodecim discipulos:
Qui sedebitis sup duodecim thronos: iudi
cantes duodecim tribus israel: sed ne quale
cūq; verbū dignat⁹ ei dicere: nullū miracu
lū ostēdit: nō mortuū resuscitatū: nō demo
nē expulsū: nō mare obediēs: nō deniq; ali
quid aut de regno celozū ei locutus: aut de
gehēna cōminat⁹ est: et prior omnīū latro cō
fessus est eū: et hoc alio exprobrātē fecit. Im
properat ei et ille alius latro. Audisti latronē
et latronē: ambos in cruce: ambos cōuersati
one latronū: ambos ex eadem malignitate
veniētēs: sed iā nō ambo in hisdē mētibus
et meritis sunt cōstituti. Nā ali⁹ quidē regnū
adipiscēbāt: ali⁹ dō in gehēnā mittebāt.
Ita et pudie in discipulis ille discrimen fuit.
Nā et iudas quidē discipulus fuit vt illi vn
decim: sed illi quidē dicebant dñs: Tūc vis
parem⁹ tibi pascha māducare: iste dō se ad
tradendū dñm p̄parabat et dicebat: Quid
vultis mibi dare: et ego vobis eū tradā? Et
illi quidē ad ministeriū diuinū se p̄parabāt:
hic autē ad tradendū festinabat. Ita et in hoc
loco latro et latro: sed vn⁹ quidē impropera
bat: ali⁹ adorabat. Ali⁹ blasphemabat:
ali⁹ laudabat: et blasphemantē corripiebat
dicēs: Nec times dñm tuū? Vidisti fiduciā
latronis: vidisti liberam volūtātē in cruce.
Audisti philosophiā in tribulatiōe: et reuerē
tiā diuini timoris in supplicio. Quis quidē in
semetipso erat et clavis cōfixus: nō saucium
intellectū neq; cōfixū sensū habebat. Quis
nō admiret⁹ et cōpungat⁹? Nō solum enī qđ in
ipso erat: s et ea q̄ circa seipm erāt relinquēs:
de alto curā gerebat i cruce: doctor effect⁹: et
corripies et dicēs: Nec times dñm tuū? Noli
inquit attendere iudicio huic qđ deorsū est:
ali⁹ iudex inuisibilis est. Ne ergo conside
res: qđ deorsum a iudice mortali cōdemnat⁹
est: non enim talia sunt superna iudicia. Hic
autē in terreno iudicio: et iusti cōdemnabunt⁹:
et iniusti effugiūt: et rei dimittunt⁹: et innocen
tes puniunt. Volētes nāq; et nolētes multū

Ser. C. XXX. Feria sexta in Parasceue Ser. I

errant qui iudicant. Ignorantes enim iusticiam se-
ducunt: vel certe sciētes p avariciā corrup-
punt vt sanguinē innocentē vendāt. In sup-
nis vō nihil tale. Iudex enim iustus est: et iudi-
ciū eius tanq̄ lumē pdijt non habens tene-
bras neq̄ ignorantia. Ut q̄ nō diceret: qm̄
damnat^o deorsū in terris: et abiudicat^o ē pe-
nē: pduxit eū ad iudiciū supnū: cōmemora-
uit tribunal illud horribile tantū nō dicens
sibi: Respice te et nō portabis sententiā dā-
nationis eternę: nec stabis in sorte iudicium
corruptorū: respiciens ad salutē futurā in su-
pernis iudicium. Vidisti philosophiā latro-
nis: vidisti intellectu et doctrinam: subito in
ictu oculi de cruce in celū transiit: ita is ex
abundātia receptę iusticię pximū illū vel so-
ciū quōdā suū arguens vt diceret ei: Nō ti-
mes inquit qm̄ in ipso iudicio sumus: id est
in eadem cōdemnatione? Nōne inq̄t et tu in
ipsa cruce es? **Q**uobrē in quo sociū increpas
penē: te ipsum p illo reum statues? **Q**uēad-
modū enim is q̄ in peccatis est: si alios audeat
accusare: se ipsum ante illos accusat: ita et is
qui in erumna positus est: si alijs eā sui obli-
tus exprobrat: sibi ante illos dicit opprobriū:
qm̄ inq̄t in ipso iudicio sumus. **Q**uid agis o
latro? Satisfacere incipiēs: socium tibi dñm
fecisti? Nō inq̄t emēdo hāc de me opinionē
in subsequētibz. Nam ne estimes q̄ ppter
damnatiōis cōsortiū criminis quoq̄ cōsortē
fecerit dñm: subterruit emēdationē dicens:
Et nos quidez iuste: digna enim patimur his
quę cōmissimus. **V**idisti cōfessionē pfectam:
vidisti quō in cruce se exiit a peccatis. **D**ic
inquit tu iniquitates tuas prior vt iustifice-
ris. Nemo cōpulat: nemo vim fecit: sed ipse
se divulgavit: ipse cōdēnavit dicēs: Et nos
quidē iuste digna factis recipimus: hic autē
nihil mali gessit: **A**demēto mei dñe in regno
tuo. Nō est ausus ante dicere: memēto mei
deus: q̄ p cōfessionē iniquitatis pteritę sar-
cinā peccatorū deponeret. **V**ides quāta res
sit confessio. **C**ōfessus est et paradysum ape-
ruit: pessus est et tante fiducię robur accepit
vt de latrocinio regnū deposceret: p̄siderās
quātorz bonorū nobis causa sit crux. **D**icito
mibi latro regnū perens: quid in eo tale vi-
des ex quo petis? **D**ic mibi: nā q̄ in conspi-
cua est: clavos et crucē cernis. **S**ed hęc inq̄t
cru: ipsa regni insigne est: et ppter eā iesum
regem appello: quia video crucifixū. **O**pus
enim regis est vitam suam p his quibus re-

gnat opponere. **U**nde et ait: **Q**uia pastor bō. **J**ob. 10
nus animā suam ponit p ouibus. **I**gitur et
rex bonus animā suam ponit p his quorū
princeps est. **Q**uā igit animā suam posuit:
ideo cum regē cognosco: et dominū apello:
Ademēto mei inquit domine in regno tuo. **L**uc. 23.
Cōsiderasti quomō et regni insigne sit crux:
q̄ si aliunde vis dicere: hoc ipsum: non reli-
quit eum solū sup terrā: sed attraxit in celo.
Unde hoc ipsum scire potes: quia pariter cū
ipso veniet in secūdo et gloriozo eius aduen-
tu: vt discas quō vera et magnifica est crux.
Unde et gloriozam eam dixit: in ea gloriāte
aplo. **S**ed videamus quō cum cruce veniet.
Necessariū est enim et hoc ipsum ostendere. **S**i
dixerint inquit ecce i. **M**atth. 24.
pmpuarius est christus: ecce in solitudine est: nolite credere: de secū-
da p̄sentia suę glorię dicens: propter pseudo-
christos: et propter falsos pphetas: propter
antichristū: ne aliquis errore p̄uentus in fal-
sos incidat christos: qm̄ christi saluatoris ad-
uentū p̄ueniet antichristus. **I**deo sollicitē
p̄cauendū est: ne quis pastore querens lupū
inueniat. **O**b hoc p̄dico tibi: vnde dinoscas
veri pastoris aduentū. **N**ā q̄ p̄m̄s aduen-
tus eius latent factus ē: ne estimes quoniam
secūdos aduentus eius talis erit: hoc dedit
signū. **H**ęc enim fuit volūtas eius vt primus
aduēt^o latēter fieret et quereret q̄ perierat:
Secūdos vō aduētus: nō ita simpliciter: ait:
Quēadmodū inquit fulgur exiens ab oriente **M**atth. 24.
te apparet in occidente: ita erit aduentus filij
homis. **S**ubito omib^o apparebit: nec erit in-
digens quisq̄ interrogare: siue hic: siue illic
est christus. **Q**uēadmodū enim cū fulgur emi-
cuerit: nō egemus inq̄rere si facta sit corusca-
tio: ita cū reuelatio p̄sentię ei^o effulserit non
indigebim^o interrogare an venerit christus.
Sed q̄ querit: si cū cruce veniet: nec enim p-
missę expositiōis oblitus sum. **A**udi igit sub-
sequētia. **T**ūc inquit quādo ventur^o est: sol
obscurabit^o: et luna nō dabit lumē suū. **L**uc. 21.
Tanta enim erit eminētia splēdoris in christo: vt
etiā clarissima celi lumina p̄ fulgore lumis
diuini abscondant^o. **T**ūc stelle cadent: quādo
apparuerit signū filij hois i celo. **C**ōsiderasti
quanta virtus sit signi: hoc est crucis. **S**ol
obscurabitur: luna non dabit lumen suum.
Cru: vō fulgebit: et obscurabit luminaria cę-
li: delapsisq̄ syderibus sola radiabit: vt dis-
cas quoniam crux: et luna lucidior: et sole erit
p̄clarior: quorum splēdore diuini luminis

Sancti Augustini de tempore

illustrata fulgore superabit. Quæadmodum enim ingrediente rege in ciuitatē: exercitus antecedit: præferens humeris signa atq; vexilla regalia: et ambitu præparationis armifone annūciat regis introitū: ita domino descendente e cælis hæc exercitus angelorū: qui signum illud: id est triumphale vexillū sublimibus humeris præferentes diuinū regis cælestis ingressum: terrestriū mētib⁹ nunciabūt.

Matth. 24. Tunc inquit comouebunt virtutes cælorū. De angelis dicit: Tremor em̄ illos apprehendet et timor magn⁹. Cuius igit rei causa dicimibi? Quia tūc tā terribile erit iudiciū illud vt etiam ab angelis timeatur. Omnis enim natura generis humani incipiet iudicari: et astare terribili iudici. **Jobrem** ḡ tūc angeli cōtremiscent: et vnde tremor apprehēdet eos? Non em̄ illi habent iudicari: Sed quæadmodum pūncipe iudicante: non solum rei sed et officia quę nihil sibi cōscia sunt: timore et tremore comprehēdunt ppter iudicis terrore: ita et tunc cū gen⁹ humanū iudicabit etiā cęlestes ministri pauebunt: et terribili apparatu de iudicis intuentis horrenda formidine cō-

Atremiscent. Sed quare crux apparebit tunc: et quā ob causam in eius platu dominus adueniet: ratio pspicua est: vt agnoscant consiliū iniquitatis suę qui dominū maiestatis crucifixerūt. Per hoc enim signū impudens iudeorum redarguit impietas: et quomodo ppter hoc ipsum habens crucē veniet: audi ipsū in euāgelio ptestantē: Quia tūc plā-

Abi. 5. gent omnes tribus terrę videntes accusatorem suum: id est ipsaz crucē: et ipso arguente cognoscēt pctm̄ suū sero: et frustra fatebunt impiā cęcitatē. Quid aut miraris si crucē offerēs veniet: vbi et ipsa vulnera ostēdet? Tūc videbūt inquit in quē compunxerūt. Quæ-

Zacharie. 12.
Job. 19. admodū enim in thoma fecit: volens incredulitatem discipuli coarguere errorēq; corrigere p multorū fide: et ingerens ostendit illa signa clauorū: et ipsa de clauis vulnera et di-

Job. 20.
Lud. 24. xit: Abitte manū tuā: et vide quā spūs ossa et carnē nō habet quæadmodū me videris habere: tūc ostēdet vulnera et crucē manifesta-

Quod quā ipse est qui crucifixus est. Nō solum aut de cruce: sed de verbis ipsis quę in cruce habuit: imensā pietatem eius possum⁹ considerare. Nā cū adhuc in cruce confixus esset dicebat: Pater dimitte illis peccatum: non em̄ sciunt quid faciūt. Et crucifixus p illis q crucifixerant orabat: et quidē illi e diuerso di-

cebant: Si filius dei es: descende de cruce. Sed ppter hoc nō descendit de cruce: quā filius dei est. Propter hoc em̄ venit vt crucifigeret p nobis. Descende inquit de cruce: et credimus i te. Hęc verba sunt et occasio et incredulitatis. Nā plus fecit q̄ si de cruce descēdisset. Abultū em̄ maius fuit lapide ad monumentū apposto resurgere q̄ de cruce descēdere. **Lazary** etiā quatruiduanū iam fuit fetidū de sepulchro resuscitasse magis fuit q̄ de cruce descendere. Et illi quidē dicebant: Si filius dei es: salua te ipsum. Hęc autē omnia faciebāt: et improperebāt ei pariter. Dimitte inquit illis peccatū. Utiq; dimisit si vellent penitere. Si em̄ nō dimisisset illis peccatū: nō vtq; statim post assumptiōnē ei⁹ tria milia et quicq; milia credidissent: Quā inquit multa milia iudeorū crediderūt. Audi quid dicunt Paulo apostolo: Tides inquit frater: quot milia sunt iudeorū qui crediderūt? Imitatores ergo dñi esse debemus: et p inimicis orare exemplo ipsius: qui cū esset crucifixus p crucifigētib⁹ se patrem postulabat vt dimitteret illis pctm̄. Et quō inq; possuz dñm imitari? Si volueritis: poteritis. Si enim impossibile erat imitari eū: quō dicebat: Discite a me quā mitis sum et hūilis corde? Nā si impossibile esset imitari eū nūq; paul⁹ dixisset: Imitatores mei esto: te sicut et ego xpi. **Q**uod si dñm imitari nō vis: imitare seruū eius stephanū: quē et ap̄tm dico: nā ille dñm imitat⁹ est. Et quæadmoduz christ⁹ inter crucifigētes se relinquēs crucē: relinquēs ppiā psecutionē: p crucifigētib⁹ se deprecabāt patrē: ita et seru⁹ eius int lapidātes se suscipiēs iacula saxorū et dolores q̄ ex ipis fiebāt dicebat: Dñe: ne statuas illis peccatū h. Audisti quō fm dñm locut⁹ est seru⁹. Ille ait: Pater dimitte illis peccatū: nesciūt em̄ qd faciunt. At iste dicit: Dñe ne statuas illis h pctm̄. Et vt discas quā cū omni sollicitudine orauit: Postis inq; genib⁹ orabat dicens: Dñe: ne statuas illis hoc peccatū: q̄ viuus et regnas in secula seculorū: Amē.

Eodem die: De expositione Symboli ad cōpetentes: Sermo II

C. XXX
Celo vos frēs charissimi vt nobis referātib⁹ expositionē symboli attentius audiat. Quę doctrina symboli virt⁹ est sacramētū: illuminatio atq; plenitudo credētiū: in eo qd docet aut discat et vni-

Ser. C. XXXI. FERIA SEXTA IN PARASCEUE Ser. II

tas trinitatis: et trinitas distincta personis: et opulenta creatoris: et redemptio passionis. Hoc nexu infidelitatis absoluit: hoc vite ianua pandit: hoc gloria passionis ostendit. Symboli dilectissimi breue est verbum: sed magnum est sacramentum. Paruum ostendens imminutione latitudinis: sed totum continens compendio breuitatis. Exiguus est vt memoria non obuat sed diffusum vt intelligentia supercedat: confirmans omnes perfectione credendi: desiderio consistendi: fiducia resurgendi. Digne et attentiores et frequentiores: et pro ratione temporis ipsius puriores ad audiendum symbolum conueniatis. Quicquid enim figuratum est in patriarchis: quicquid nunciatum est in scripturis: quicquid predictum est in prophetis vel de deo ingenito: vel ex deo dei unigenito: vel de spiritu sancto: quous latenter ostensum sit: vel de suscipiendi hominis sacramentum: vel de morte domini resurrectionisque mysterio: totum hoc breuiter iuxta oraculum propheticum symbolum in se continet consistendo. Tenendo ergo fratres charissimi collationem fidei et gratia: professionis mysterium memorie commodatum: iam ad istum symbolum professionis sacramentum textum veniam. Ad in hunc modum incipit: Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre: et in iesum christum filium eius unicum dominum nostrum: qui conceptus est de spiritu sancto: natus ex maria virgine: passus sub pontio pilato: crucifixus: mortuus et sepultus. Descendit ad inferna: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad celos: sedet ad dexteram dei patris omnipotentis: inde venturus iudicare viuos et mortuos. Credo in spiritum sanctum: sanctam ecclesiam catholicam: sanctorum communione: remissionem peccatorum: huius carnis resurrectionem: vitam eternam amen. Repetendus est nobis dilectissimi sermo symbolum huius: qualiter ea que dicimus vestris sensibus melius inseram. Credo in deum patrem omnipotentem: creatorem celi et terre. Tertia igitur vice repetitur: vt ad reliqua capienda fidei cursu puenire possim. Et quia lex fidei nostre in trinitate consistit: vt ipse numerus repetitionis cum signo veniat trinitatis: tertia vice ordo symbolum recensendus est. Imprimis dilectissimi quis sermo sit in capite symbolum diligenter aduertite: et quali principio inchoet sollicitius pertractate. Ergo in primo habet Credo. Unde quod dominus noster non nos iubet discutere diuina iudicia sed credere: nec

rationem requirere: sed fide simpliciter et immobiliter exhibere. In deum patrem. Aduertite quod cum dei patris nomen in confessione coniungit: ostendit quod non ante deus esse coepit et postea pater: sed sine villo initio et deus semper et pater est. Quia ergo semper fuit pater: semper habuit filium cui pater est. Omnipotentem vero ideo dicit: quia omnipotens est: cuius nihil impossibile est: qui celum: terram: mare: homines: atque omnia animalia et reptilia non aliquo operis actu sed solo verbi creauit imperio: Et ideo non nobis veniat in cogitationem quomodo hoc aut illud potuit fieri: qui omnipotentem precipimus confiteri. Creatorem celi et terre. Hoc ait quod superius dixi: quia omnia sola verbi potestate perficit. Credo et in iesum christum filium eius. Aduertite quod quomodo in patrem: sic et in filium credendum sit. Et quia cum patre equalis est maiestate: tantum ipsi quantum et patri honoris nos debere nouimus et seruitutis obsequium. Iesum christum. Iesus saluator interpretatur: christus vero a chrismate dicitur: quia sicut antiqui reges a sacerdotibus oleo sacro perfundebantur: sic dominus noster iesus christus spiritu sancti infusione repletus est. Qui conceptus est de spiritu sancto. Non poterat aliunde quam de deo concipere: que deum meruit preare. Natus ex maria virgine. Non potuit non talem habere conceptum: que virgo erat permansura post partum. Passus sub pontio pilato. Iste pilatus iudex erat in illo tempore ab imperatore positus in iudea: sub quo dominus passus est: cuius mentio ad temporis significationem: non ad personam illius pertinet dignitatem. Crucifixus est et sepultus. Crucem illam in qua ille crucifixus est in corpore: nos gestamus in fronte. Sepultus est. Sicut in veritate natus: ita in veritate mortuus et sepultus. Tertia die resurrexit. Triduanam sepulture mora euidenter ostendit: quod dum corpus in sepulchro iacuit: anima illa de infernis triumphauit. Ascendit ad celos: id est conditionem nature nostre quam de homine matre natus assumpsit: super celos in dexteram dei patris collocavit. Inde venturus iudicare viuos et mortuos. In ipso corpore venturus est ad iudicium: in quo ascendit ad celum. Christianos iudicat et paganos: iustos et peccatores: fideles et impios. Credo et in spiritum sanctum. Aduertite quod sicut in patre: ita et in filio et in spiritu sancto sit credendum. Nam que vel in vna

Luci. 1.

Luci. 2.

Matth. 27.

Marci. 16.
Acti. 1.

Ser. C. XXXII. In vigilia Pasche Ser. I

De trinitate psonam non crediderit: in duabus illi credidisse non pderit. Sancta ecclesiam catholicam. Sciendum est q ecclesia credere non tamen in ecclesia credere debeamus: quia ecclesia no est deus: sed domus dei est. Catholicam dicit toto orbe diffusam: qz uerforu hereticoru ecclesie ideo catholicę no dicunt: quia p loca atqz p suas qualqz puincias continent: hec vo a solis ortu vsqz ad occasum vnius fidei splendore diffunditur. Sanctoru comunione: id est cu illis sanctis qui in hac qua suscepimus fide defuncti sut: societate et spei comunione teneamur. Remissionem peccatoru. Oportet enim vt post remissionem que nobis prestat munere redemptionis in baptismo: plene credulitatis teneamus affectum. Carnis huius resurrectionem. Carnem qua in hac vita sub mortali conditione portamus: resurrectura esse immortalem ac rationalem reditura p anime consortio credamus. Vitam eternam. Absqz vlla dubitatione fatemur vos vitam eternam consecuturos: si hec que vobis exponimus sacramenta fideliter teneatis: ac bonis actibus conseruetis. Hunc breuem sermonem de vniuerso symbolo vobis debitum reddidi. Quod symbolum cum audieritis: totum istum sermonem nostrum breuiter collectum recognoscetis: nec vt eadem verba teneatis vlllo modo scribere debetis: sed audiendo pdiscere: et memoria semp tenere atqz recolere. Quicquid enim in symbolo audistis iam: diuinis scripturarum sanctaru litteris continet. Comemoratio fit pmissionis dei: vbi p pphetam pnunciatio testamentu nouu dixit: hoc est testamentu quod ordinabo eis post dies illos dicit dominus: dans legem mea in mente coru: et in corde coru scribam ea. Huius rei significade causa: audiendo symbolu non in tabulis vl in vlla materia: sed in cordibus scribit. Prestitabit ille qui vos vocauit ad suum regnum vt eius gratia regenerat vobis etiā spiritu sancto scribat in cordibus vestris: vt quod creditis diligatis: et fides in vobis p dilectionem operetur: ac sic domino deo largitori bonoru omniu placeatis: no seruiliter timendo pnam: sed liberaliter amado iusticiam. Hoc ergo symbolum quod vobis p scripturas et sermones ecclesiasticos insinuatū est: sub hac breui forma fidelibus confitendum et pfitendum est.

Dier. 31.

Gal. 5.

Sabbato in vigilia pasche: De Joseph qui corpus domini petijt a Dilato etc. Sermo I C. XXXII

Eracta passione domini nostri iesu christi et resurrectione in qua fidei nostre omnis summa consistit: emergit quidam ioseph olim quidem amator et discipulus domini: et qui p ratione teporis defuncto exequias occultas impendat: quia et noti misericordia furor psequentiu pbibebat. Quod factu: ita iohanes euangelista narrat. Rogauit inquit pilatum ioseph occulte ppter metum iudeoru: et petiuit corpus iesu: et pmisit pilatus. Cum in animo religioso metus cum deuotione certaret: excogitat statim qd et fidei satisfaceret et timori: et occulte postulans vt et humo madaret occisum: et dedinaret insaniam iudeoru. Iudei vo eundem seruans animu mortuo quem impendit auditio: nam que coactus dederat penes: libens tradit sepulture. Postqz vo corpus iesu humatum est: statim potentia suam reperit: qua venerat reditura maiestas. Nam cui natiuitas hominis ostenderat filiu: mors prodidit deum. Cum enim maria magdalene venisset ad monumentu qua memorie saluatoris amissis fida deuotio in lacrymas compellebat: videns reuolutu a foribus lapidem: cum non inuenisset in sepulchro dominu: cepit acius dolere qd pdiderit et defunctu. Vox autem ad petru eius discipulu puolat: quem p meriti qualitate vel fidei: maior de eius obitu cura tangebatur. Runciat inane sepulchru: quoniam corpus ablatum. Petrus vo resurrectionis filij dei et ante cruce conscius qua pdixerat ipse passurus: sub tali nuncio no fleuit aut voluit sed more suu in diuinis virtutibus seruas: pperat experiri quod credidit. Ad sepulchru itaqz domini celeri cursu festinat: lectior rediturus si no inueniret que querebat. Beatus autem euangelista et ex consequentibus pbat potentia resurgentis. Venit inquit simon petrus et introiuit in monumentu. Et cum no inuenisset dominu: vidit linteamina posita et sudarium qd fuerat sup caput eius. Nam manifestius deus platurus que viuificauerat in celu: et morte vacuat et sepulchru. Nam linteamine quo suno tegebatur exposito: reliquit terre exuias: vitali iam corpore induta maiestas. Petrus igitur videns resurrectione qua dei filius pnunciauerat impletis:

Joh. 19.

Joh. 8.

Joh. 11.

Joh. 11.

Ser. C. XXXIII. In vigilia pasche: Ser. II.

Qui sollicitus venerat: securus abscissit. Maria tamē resurrectionis ignara non cessat lacrymas fundere: nesciens hanc esse dominici corporis gloriā quā putabat iniuriam. Lius inanes merores angelus magis prohibet quā consolatur: ut euangelista testatur: Maria inquit quid ploras? Si spiritali prudētia intētionē diuini sermonis intelligas: lacrymarū causā non tanquā ignarus interrogat: sed importunos fletus dolentis obiurgat. Maria inquit quid ploras: cū vacuato monumēto nō damno funeris: sed merito resurgētis iesu christi corpus virtus sibi nō facinus vendicasset? Lulpat eodem tempore a maria lacrymas fūdi quo debuit gloriari. Quid ploras: aut quē queris? Angelus instruit nescientē sano cōsilio: ne viuētē quereret ī sepulchro. Quē mulier quia reuixisse quē flebat nec correctā cognouit: a supfluis postmodum lacrymis reuocatur: vocibus resurgētis similibus. Etenim iesus mariā verbis alloquit: Mulier inquit quid ploras: aut quē queris? Hoc est dicere: me iā viuēte p quo mortuo lacrymas fundis: aut me p sente quē queris? At illa iesum secūdo appellata cognoscēs: diuine maiestatis operante potentia viuū inuenit: quem querebat occisum iesum christū dominū nostrū: cui semp in patre gloria in secula seculorū: Amē.

Eodem die: De sepulchro domini: Sermo II

Ideamus fratres de domini corpore postea quā de cruce deponit quod gerat. Accepit illud Ioseph ab arimathia vir iustus: sicut ait euangelista: et in nouo suo sepeliuit monumēto: in quo nondū quies postus fuerat. Beatū ergo corpus domini nostri iesu christi: quod cū nascit ex utero virginis gignit: cum recedit iusti tumulo commendat. Beatū plane corpus quod uirginitas peperit: et iusticia custodiuit. Custodiuit enim illud ioseph tumulo incorruptū: sicut seruauit illud marię uterus illibatū. Sicut enim pollutione ibi nō tangit: sic mortis corruptione nō leditur. Ubiq; beato corpori defert sanctitas: ubiq; uirginitas. Nouus illud uenter cōcepit: nouus tumulus cōcluit. Dūca q; et uirgo uulua: et uirgo est sepultura: Quin poti⁹ ipsam sepulturā uulua dixerim: est enim similitudo nō parua. Sicut enim dñs de matris

vulua uiuus exiit: ita et de ioseph sepultura uiuus surrexit: Et sic de utero tūc ad p dī candū natus est: ita et nūc ad euāgelizandū renatus est de sepulchro: Nisi q; gloriosior ē ista quā illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit: hęc edidit imortale. Post illam natiuitatē ad inferos descēdit: post hanc remeatur ad celos. Religiosior est plane ista quā illa natiuitas. Illa enim corp⁹ mortale genuit totius mūdi dñm nouē mēsb⁹ in utero clausum tenuit: hęc autem triduo tantū tumuli gremio custodiuit. Illa cūctorū spē tardius p tulit: hęc omnīū salutem citius suscitauit. Fortasse quōs dicat de priorī dñicę natiuitatis p dicatione: in qua p dīcauim⁹ nō minorē esse gloriā q; tumulus Ioseph suscitauerit dñm q; q; euz sanctę marię uterus p creauit: Quę cōparatio uentris et tumuli: cū ex intīmis uisceribus illa ediderit filiū: hic autē solūmodo locū p stiterit sepulture? At ego dico: nō minorem ioseph affectū fuisse quā marię. Siquidem illa utero dñm: hic corde concepit. Illa saluatori membrorū suorū secretū p stitit: hic secretū sui cordis nō negauit. Illa dominū p annis inuoluit cū natus est: hic lintheis cū recessit. Illa punxit beatū corpus oleo: hic aromatibus honorauit. Cōueniūt ergo sibi obsequia: cōuenit et affectus: Inde necesse ē etiā meritū conuenire: nisi q; mariā ad obsequiū angel⁹ admonuit: ioseph autē iusticia sola p suauit. Igitur ioseph ī suo sepulchro posuit dominū. Legim⁹ ī ppheta: Sepulchrū patēs est guttur eorū. Si ergo sepulchrū patens ē guttur hominū: uide ne forte fm hęc similitudinē dñm ioseph nō tā ī terrena posuerit sepultura quā in monumēto sui cordis collocauerit: et custodiendū illum suscepit: non tā memoria fragili mortuorū quā memoria sancta uirtutū. Hęc enim uirtutū fidelis est memoria: quę intra se cōtinens christū: ledi eū hereticorū corruptiōe non patit. De qua memoria in sacramētis dñs dicit: Quotiēscūq; feceritis hęc: in memoriā mei facietis donec ueniā. Quotiēscūq; enim christū loquimur: totiēns eū sanctiorū memorię cōmēdamus. Sepulchrū q; patens: guttur hominū recte plane dicit ppheta. Sepulchrū enim christi patēs est euāgelistarū beatū guttur: p quod illud gēno lra; thesauro cōdiderūt. Patens autē sepulchrū id dicit: quod quod uult ad xpī puenire mysteriū: non ingredit ad illud nisi p euāgelicę scripturę secretū. In litterarū enim

B

Ps. 5. et 15.

1. Cor. 11

r

Ser. C. XXXIII. In vigilia pasche: Ser. III

secreto quasi quodam nouo vasculo comēda-
tus est dñs. Quisq; igit illum videre deside-
rat: ibi ⁊ passiois eius sacramentū inueniet:
⁊ resurrectionis gloriā recognoscet. Patens ḡ
guttur sanctorū est. Unde apłus ad Corin-
thios ait: Os nostrum patet ad vos o corin-
thij: inuitans eos vt p̄ dicationis sue aptam
ianuā: ingrediamur chrisi secreta mysteria.
In hac igit pectoris memoria collocat dñs

1. Cor. 6.

Luc. 9.

a ioseph: vt in iusticie sede requiescat: et ha-
beat illius hominis vbi caput reclinet. Vide-
mus igit quare saluator in aliena sepultura
ponat: ac suam nō habeat sepulturā. Ideo
in aliena sepultura ponit: q; p̄ aliorū morie-
bat salute. Adors em̄ ista nō illi accidit: sed
nobis p̄ficit. Adors ista nō illi illata est: sed
nobis delata. Ut qd̄ ergo ei pp̄ria sepultu-
ra: qui in se mortē pp̄riā nō habebat? Et qd̄
illi tumulus in terris: cui⁹ sedes manebat in
celis? Et quid illi sepultura: qui tridui tan-
tū temporis spacio nō tam in sepulchro mor-
tuus iacuit: ḡ veluti i lecto cōquieuit? Ipsa
em̄ temporis breuitas declarat potius som-
nū fuisse ḡ mortē. Sepulchū aut̄ mortis est
habitaclū. Necessariū ergo nō erat mortis
habitaclū chriso qui vita est: nec opus ha-
bebat semp̄ viuens habitaculo defunctorū.
Recte aut̄ hanc vitā nos i nostro sepulchro
cōdim⁹: vt viuificet mortē nostrā: vt cū ipso

Et a mortuis resurgamus. Unde et illa maria

magdalene q̄ dñm in ceteros defunctoros in

Luc. 24

sepulchro req̄rebat arguit: ⁊ dicit illi: Quid
queris viuente cum mortuis? Hoc est quid
queris in tumulo: quē adorare debes i celo?
Quid queris apud inferos: quē redisse iam
cōstat ad superos? Quē illa adhuc nō intel-
ligens nec cognoscēs: respondit illi: Dñe: si
tu sustulisti eum: dicito mihi: vbi posuisti eū
⁊ ego eum tollā. Estimabat em̄ eum sicut di-
cit scriptura hortolanū esse. Sancta ḡ ⁊ sim-
plex femina chrisū req̄rit a chriso: ac deu-
otione mentis p̄phetat ⁊ nescit. Ait em̄ domi-

Job. 20.

no de semetipso: Si tu sustulisti eum: dicito
mihi. Recte interrogat: si tu sustulisti eum.
Ipse em̄ tulit corpus suū: qui illud protulit
de sepulchro. Ipse tulit corpus: qui illud ia-
cens ⁊ dormiēs sua aspiratiōe collegit. Ipse
tulit corpus suū: qui illud diuinitatis virtu-
te gestās portauit ad celos: Atq; ideo muli-
er sapiēter interrogat ⁊ requirit: Si tu sustu-
listi eum dicito mihi vbi posuisti eum: hoc ē
si illud auferens de sepulchro ad paradysum

trāstulisti. Audierat em̄ illū dicentē latroni:
Hodie mecum eris in paradiso. Aut certe si de
inferno in patris dexterā collocasti: sicut ait
apłus: Quē sursum sunt querite: vbi chris⁹
est in dextera dei sedens. Beatus ḡ qui ita
querit chrisū dominū: vt credat eū et in pa-
diso constitutū ⁊ in celestib⁹ collocatū. Raz
qui eum in inferno requirit aut i tumulo: di-
citur ei: Quid queris viuente cū mortuis?

Luc. 23

Col. 3

Item eodem die alius sermo de
eodem de quo supra: qui habet in
libro Quinquaginta Domeliarū:
Domelia. xxxvi.

Eodem die de eo quod scriptum
est in Genesi: In principio creauit
deus celum et terrā ⁊c. Ser. III

Gen. 1

Ser. III

C. XX

2

Elta sunt ⁊ magna veneranda pa-
sche mysteria quē diuinis libris sūt
cōsecrata: ⁊ i antiquis iudeorū archi-
uis fuerant reseruata: quorū admirabilis ra-
tio ⁊ mira: fides pura: religio sincera veluti
quodā velamine recta suā sanctitate in abdi-
tis oculebant: ⁊ prisca antistites adumbrata
cernebant: ⁊ sacrificia cruenta munerib⁹ offe-
rebant. Hanc artifex non terrenis coloribus
sed celestib⁹ virtutib⁹ clypeo deuotissim⁹ au-
ro coruscante depinxit: ⁊ animū tenaciter di-
ligens in ipso templo humani corpis dedica-
uit: integris ⁊ acerrimis sensib⁹ officia distri-
buit: ⁊ amorē in eius corde cōclust. Et cum
ille clarus rector astrozum: poli genitor: du-
diei: luminis imperator: infector: gemitis:
autūni temperies anni cursus ⁊ quadrupla
tempoz spacia cōpleuerit: diei hui⁹ solēmita-
tem nos docuit celebrare. Quāta nobis bo-
na dñice passionis admirabiles triūphi con-
tulerint: mortali ⁊ humana voce nec p̄dicare
nec memoriter valeo numerare. Et illo itaq;
beneficorū aceruo quē celestis munificentia
humano generi largita est: vnū granū fidel
qd̄ in se cōtinet multiplicē vitę rationē i gre-
mio sapientię collocabo: vt in ipso prudētię
sulco coalescat diuini sermonis imbre satū:
magnaq; ⁊ admiranda ex modica p̄beat stir-
pe: ⁊ oratiōis opacitate exuberantia p̄stet.
In p̄ncipio inquit fecit deus celum ⁊ terrā.
Exclust omnū infelicis errores: vnū impe-
ratorē deū patrē ostendit: vnū conditorem
vniuersitatis filium indicauit. Fiat lux. Et

Gen. 1

Ser. III

C. XX

2

Ber. C. XXXV. In vigilia pasche: Ber. III

facta est lux. Et vidit deus lucem quia bona est: non quod deus lucem ante non nosset quam non nisi visam laudaret: cum sit lux solus omnium ipse: sicut euangelista testatur: Ego sum lux mundi: Et apostolus: Qui habitat lucem inaccessibilem: quam nemo hominum vidit nec videre potest. Hanc lucem dixit in seculo: quia bona est secundum hominem: non secundum deum. Deus enim non tantam hanc lucem tribuit quam poterat ipse largiri: sed quantum mortalis oculus capere potuit: Nec qui uniuersum orbem illuminat tribueret splendorem: nisi quem mortalitas capere aut sustinere vix posset. Terra erat inuisibilis et incomposita. Sed terra inuisibilis esse non poterat: Lucei ergo inuisibilis erat? Si angelis: ubi tanta moles abscondi poterat? Si hominibus? adhuc homo non erat. Deus quippe fundauit terram super aquas: et medietatem aquarum super celos imposuit: et medietatem abyssi demersit: et in maria congregauit: et sic terra apparuit. Et dixit deus: Fiat firmamentum inter aquam et aquam. Et vocauit deus firmamentum celum. Videtis quia aquam super firmamentum celi imposuit: et per separationem aquarum arida terra apparuit: et recedentibus aquis visibilem significauit. Quae autem inuisibilis et incomposita: necdum fuerat ordinata: necdum diuersis fructibus plena. Tenebrae inquit erant super abyssos: et spiritus dei scerebatur super aquas. Si enim faculam in tenebris inferas: continuo illuminantur uniuersa: quantum magis ubi deus erat: tenebrae esse non poterant? Hic spiritus quidem res est dei: non tamen ipse deus intelligitur esse. Nam etsi spiritus dicitur: non omnis spiritus deus est. Sic enim spiritus dei dicitur: quomodo et angelus dei: hoc est res dei: non tamen ipse deus qui spiritus dei. Hic ergo spiritus qui supererebat aquas seminarius est animandae conditionis. Unde et aquae et terrae mox iussu dei emerferunt: quia nec aqua nec terra uiueret aut aliquid generaret: nisi hoc dei spiritus animaret. Unde et terra fruges: et aqua produxit pisces. Duos autem spiritus esse: unum dei: alterum huius mundi apostolus dicit: Nos iam non habemus spiritum huius mundi: sed spiritum qui ex deo est: ut ostenderet alium esse spiritum dei qui deus est: alterum spiritum huius mundi quo animantur uniuersa. Amos propheta dicit: Qui solidat tonitruum: et condidit spiritum: eum vix qui deus dici non poterat genera-

tus. Fecit ergo in principio celum et terram. D Celum spiritum: terram carnem: hoc est hominem spiritalem. In principio: hoc est in christo. Interrogauerunt eum iudei: Quem te dicis? Respondit: Principium: qui et loquor vobis. Terra inquit inuisibilis et incomposita: Quia carnem hominis christus assumere disponebat: incomposita dicebat. Composita necdum erat: quia necdum gabrielis angeli annuntiatione composita: necdum assumptione domini visibilis facta: necdum virtutum frugibus plena. Diuisio aquarum: iudeorum populorum et christianorum: sicut apocalypsis: Aquas quas vidisti populi sunt et nationes. Cum aquas dicit super celos impositas: christianum populum nunciat. Tertia die germinat terra herbam pabuli secundum suum genus: et omne lignum faciens fructum. Cum igitur terram germinare iubet: in ecclesia cathedramini sunt quasi herbae. Cum credunt: velut in culmo se erigunt. Fideles quoque in spice maturi accrescunt: unde et sanctorum grana: in horreis celestibus reconduntur. Lignum enim fructiferum: diuersa sunt genera sanctorum. Quas arbores nec turbine cupiditatum possunt euertere: nec ardētis libidinis flamma exurere. Fiat inquit luminare maius in inchoatione diei: et luminare minus in inchoatione noctis. Sol christus est. Luna ecclesia in orbe completa: solis claritate quotidie illustrata. Stellae quoque lucentes: sanctorum sunt milia: id est apostoli: patriarchae: martyres: virgines: sacerdotes: cuncti iusti pariter et fideles virtutum suarum flamma radiantes. Quinta die fetus suos pisces et aues factum est ut producerent. In comparatione piscium sanctos dicimus qui in aqua baptismatis viuunt. Ideo pisces benedictione primo consequi meruerunt: quia fideles in sacramento baptismatis benedici potuerunt. Sexta vero die fecit deus hominem ad imaginem et similitudinem suam.

Eodem die: De expositione orationis dominicae post redditum Synbolum: Sermo IIII C. XXXV.

Eddidistis quod creditis: audistis quod oratis: quomodo inuocare non possitis in quem non credidistis: apostolo dicente: Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Ideo prius symbolum didicistis: ubi



Sancti Augustini de tempore.

est regula fidei vestre breuis et grandis. Breuis numero verborum: grandis pondere sententiarum. Oratio autem quam hodie accepistis tenendam: et ad octo dies reddendam sicut audistis cum euangelium legeret: ab ipso domino dicta est discipulis ipsius: et ab ipsis puenit ad nos: quoniam in omnem terram exiuit sonus eorum. Ergo nolite inherere terrenis qui patrem inuenistis in celis. Dicturi enim estis: Pater noster qui es in celis. Ad magni genus pertinere cepistis. Sub isto patre fratres sunt dominus et seruus: sub isto patre fratres sunt imperator et miles: sub isto patre fratres sunt diues et pauper. Omnes christiani fideles diuersos in terra habent patres: alij nobiles: alij ignobiles: vnum vero patrem inuocant qui est in celis. Si ibi est pater noster: ibi nobis paratur hereditas. Talis est autem iste pater: cum quo possideamus quod donat. Dat enim hereditatem: sed non moriens illam nobis derelinquit. Non enim ipse discedit: sed ille permanet ut nos accedamus. Quia ergo audiimus a quo petamus: sciamus et quid petamus: ne forte talem patrem mala petendo offendamus. Quid ergo nos docuit dominus iesus petere a patre qui est in celis? Sanctificet nomen tuum. Quale beneficium est cum petimus a deo: ut sanctificet nomen dei? Semper sanctum est. Quare ergo petimus ut sanctificet: nisi ut nos per ipsum sanctificemur? Quod ergo semper sanctum est: ut in nobis sanctificet oramus. Sanctificatur in nobis nomen dei: quando baptizamini. Ut quid hoc orabitis cum baptizati fueritis: nisi ut quod accipitis perseueret in vobis? Sequitur alia petitio. Adueniat regnum tuum. Siue petamus: siue non petamus: venturum est regnum dei. Quare ergo petimus: nisi ut veniat et nobis quod venturum est omnibus sanctis: ut et nos deus in numero sanctorum suorum habeat: quibus venturum est regnum eius? Dicimus tertia petitione: Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Quid est hoc? Ut quomodo tibi seruiunt angeli in celo: et nos tibi seruiamus in terra. Angeli ipsi sancti obediunt illi: non illum offendunt: faciunt iussa amando eum. Hoc ergo oramus: ut et nos preceptum dei charitate faciamus. Iterum verba ista et aliter intelligunt. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Celum in nobis anima est: terra in nobis corpus est. Quid est ergo: fiat voluntas tua? Sicut et nos audi-

uimus precepta tua: sic nobis consentiat caro nostra: nedum consentiat caro et spiritus: precepta dei minus implere possimus. Sequitur in oratione: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Siue exhibitionem corpori necessariam petamus a patre: in pane significantes quicquid nobis est necessarium: siue quotidianum panem illum intelligamus quem accepturi estis de altari: petimus bene ut det nobis eum. Quid enim quod oramus: nisi ne male aliquid admittamus: vnde a tali pane separeremur? Et verbum dei quod quotidie predicatur panis est. Non enim quia non est panis ventris: ideo non est panis mentis? Cum autem ista vita transferit: nec panem illum querimus quem querit fames: nec sacramentum altaris habemus accipere: quia ibi erimus cum christo: cuius corpus accepimus: nec verba ista nobis dici habent que dicimus vobis: nec codex legendus est quando ipsum vidimus quod est verbum dei: per quod facta sunt omnia: quo pascunt angeli: quo illuuntur angeli: que sapientes sunt angeli: non habentes verba locutionis amfractuosae: sed bibentes vnicum verbum: et inde impleti ructant laudes: et non deficiunt in laudibus. Beati enim: ait psalmus: qui habitant in domo tua: in secula seculorum laudabunt te. Ergo in hac vita petimus quod sequitur: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. In baptismo omnia debita: id est peccata proorsus dimittuntur nobis. Sed quia nemo hic potest viuere sine peccato: et si non magno crimine vnde separet ab illo pane: tamen nemo potest sine peccatis esse in hac terra: et non possumus accipere nisi vnum baptismum: semel in oratione accipimus: vnde quotidie lauemur ut nobis peccata nostra quotidie dimittantur: sed si faciamus quod sequitur: Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Itaque fratres mei moneo vos in dei gratia filios meos: et sub illo patre fratres meos moneo vos: ut quando aliquis offendit et peccat in vos: et venit et confitetur et petit a vobis veniam ut ignoscatis illi: et continuo ex corde dimittat: ne vobis a deo veniam venientem phibeatis. Si enim non dimittitis vos: nec ille dimittet vobis. Ergo et hoc in ista vita petimus: quia et hic possunt dimitti vbi possunt haberi peccata. In illa autem vita non dimittuntur: quia nec habent. Deinde petimus: dicentes: Ne nos inducas in temptationem: sed libera nos a malo. Et hoc

Ps. 18.

Matt. 6.

De vobis dicit

Ser. 28. a.

In li. 50. bo.

met. 42. a.

B

Matt. 6.

30b

30c

30d

30e

30f

30g

30h

30i

30j

30k

30l

30m

30n

30o

30p

30q

Ber. C. XXXVI. In die scto pasche: Ber. I

in ista vita nobis necessariū est petere: ne in-
feramur in temptationē: qz hic sunt tēptati-
ones: et liberemur a malo: qz hic ē malū. Ac
p hoc oēs iste petitiōes septē: tres ad vitam
eternā p̄tinēt: q̄tuor ad vitā p̄sentē. Sancti
hōc nomen tuū: semp erit. Adueniat regnū
tuū: hoc regnū semp erit. Fiat volūtas tua
sicut in celo et in terra: semp erit. Panē nostrū
quotidianū da nobis hodie: non semp erit.
Dimitte nobis debita nra: nō semp erit. Ne
nos inducas in temptationē: sed libera nos
a malo: nō semp erit. Sed vbi est temptatio
et vbi est malū: ibi necessariū est vt petam.
Unde de^o om̄s ita a nobis orandus est: vt
quicqd̄ hūana fragilitas cauere et vitare nō
p̄ualer: hoc ille p̄pitiū nobis p̄ferre dignet̄
iesus christus dñs n̄r qui viuūt et regnat cum
patre et sp̄s sancto in sēcula sēculorū: Amē.

Item eodez die alij sermones de
eodem de quo sup̄a: qui habent̄ in
libro Quinquaginta Homeliarū
xliij. Et de verbis domini. xxviiij.

In die sancto Pasche: de eo qd̄
scriptum est i psalmo: Hec est dies
qua fecit dominus etc. Sermo I

An quo fratres charissimi qd̄ men-
te cōcipio ore p̄ferre: et cordis mei le-
ticiā lingua nō explicat. Hoc aut̄ nō
solū ego patior q̄ cupio narrare q̄ sentio: sed
etiā vos mecū patimini pl̄ exultantes in cō-
scientia q̄ in eloquio p̄ferētes. Videt̄ mibi
hec dies ceteris dieb⁹ esse lucidior: sol mūdo
clarior illuxisse: astra quoqz oīa vel elementa
letari: et q̄ patiēte dño p̄pū lumē retraxerāt
et noluerūt creatorē suū asp̄cere crucifixū:
ecce nūc victorē illū et ab inferis resurgentē
nouo claritatis suę venerant̄ obsequio. Cre-
dit celū: credit terra: et sagena q̄ totū mundū
piscata est: iudeos tenere nō potuit. Hec est
dies qua fecit dñs: exultem⁹ et letemur in ea.
Quō maria virgo mater dñi inter oēs muli-
eres p̄ncipatū tenet: ita et inter ceteros dies
hec omniū dierū mater est. Rem nouā dico:
sed q̄ scripturarū vocibus cōprobat̄. Hec di-
es vna de septē: et extra septē est. Hec dies q̄
apellat̄ octaua. Unde et i quibusdā psalmo-
rū titulis suscribit̄ p̄ octaua. Hec est in qua
synagoga finitur: et ecclesia nascit̄. Hec est in
cui⁹ numero octo animę seruare sunt in arca
noc. Et quid mibi necesse est infinita repli-

care? Dies me deficiet: si voluero omne diei
istius exponere sacramentū. Hoc tantū dico
qz vniuersa sabbati ḡsa et antiqua illa festiui-
tas ipsi iudeorū diei istius solēnitare mutata ē.
Illi in sabbato non faciebant opus seruille:
nos in die dñica: hoc est in die resurrectionis
opus seruille nō facimus: qz peccatis et vitijs
nō seruim⁹. Qui em̄ facit peccatū: seru⁹ ē pecca-
ti. Illi d̄ domib⁹ suis nō egrediebant̄: et nos
de domo christi nō egredimur. Sum⁹ em̄ in
ecclesia. Illi nō accēdebāt ignē in die sabbati:
nos ecōtrario accendam⁹ in nobis ignem
sp̄s sancti: et om̄e vitijū excoquamus pctōz.
De quo igne dñs ait: Ignē veni mittere in
trā: et qd̄ volo nisi vt ardeat? Desiderat dñs
istū ignē ardere in nobis: fm̄ apl̄m: spiritū
sctū seruere: vt nō refrigescat charitas dei.
Illi p̄ diē sabbati nō ambulāt in itinere: p̄di-
derūt em̄ cū q̄ dixit: Ego sū via: Hos aut̄ di-
cim⁹: Beati imaculati i via: q̄ ambulāt in le-
ge dñi. Et iterū: Clā veritatis elegi: et viam
iustificationis tuarū doce me. Illi de spinis
dñm coronauerūt: nos aut̄ si fuerimus lapi-
des p̄ciosi: nostrū dñm coronabim⁹. Caput
impatorū sēculi istius ornant̄ diademata: nos
ideo in capite n̄r regis imponimur vt orne-
mur a capite. Illi non receperūt christum: et
suscepturi sunt antichristū: nos recepim⁹ hu-
milē filiū dei vt habeam⁹ postea triūphātē.
Et ad extremū n̄r hyrcus ante dñm imolaf̄ i
altari: illoz hyrcus antichrist⁹ cōspur⁹ et ma-
ledictus p̄icat̄ in solitudinē. Floster latro cū
dño ingressus est paradisu: illoz latro: homi-
cida atqz blasphemus mori in suo peccato.
Illi barrabas latro dimittit̄: nobis christ⁹
occidit̄. Pro quib⁹ vniuersis fratres charissi-
mi cōsona paniter voce cantem⁹: Hec ē dies
qua fecit dñs: exultem⁹ et letemur i ea. Igni-
eā illā rhompheā et paradisi ianuā quā nullus
potuit effringere: hodie christus cū latrone
referauit. Hodie dixit christus ad angelos:
Aperite mibi portas iusticię: ingressus i eas
cōstebor dño. Que cū semel apta ē: nūqz cre-
dētibus claudit̄. Ex eo tpe q̄ passus est dñs
vsqz ad p̄sentē diē: hec porta clausa ē et rese-
rata. Clausa est pctōub⁹ et incredulis: resera-
ta est iustis et credētib⁹. Per hāc ingressus ē
petr⁹: p̄ hāc ingressus ē et paul⁹: p̄ hāc oēs sci
martyres intrauerūt: p̄ hāc quotidie de toto
mundo iustoz aīę ingrediunt̄. Due em̄ sunt
porte: porta paradisi: et porta ecclie. Per portā
ecclie intram⁹ in portā paradisi. Ita q̄ debem⁹

Ser. C. XXXVII. In die sancto pasche: Ser. II.

viuere ne efficiamur de domo illa: et eieci foras a bestiis deuoremur: quas in alio loco prophetas formidans commemorans ait: Ne tradas bestiis animam confidentem tibi. Ecce nunc dominus stans in paradisi ianua loquitur ad nos qui sumus in domo ipsius congregati et dicit: Hec est porta domini: iusti intrabunt per eam.

Sermo In eodem festo: de descensu christi C. XXXVII. In ad inferos: Sermo II

Affionem vel resurrectionem domini et saluatoris nostri fratres dilectissimi licet omnia veteris testamenti volumina multo antequam dixerint: tamen etiam per os dauid prophetae spiritus sanctus euidenter ostendit dicens: Deus ultionum dominus: deus ultionum libere egit. Solus etenim ipse libere egit: quod nobis hodie ostendit quod egerit. Libere enim egit: de quo multo antea fuerat prophetatum: quod factus est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Tunc tamen audite quid egerit? Audite quod fecerit. Nulla necessitate sed propria voluntate in ligno se suspendi permisit: clauis corpus suum perforari non renuit: animam ponendo mortem sustinuit: carnem in sepulchro posuit: et comitate secum anima ad inferna descendit. Per hanc electi qui quies in tranquillitate sinu tamen apud inferni claustra tenebantur: ad paradisi amena reducti sunt. Quod ante passionem dixit: in resurrectione sua dominus impleuit. Si exaltatus fuero inquit a terra: omnia traham ad me. Omnia etenim traxit qui de electis suis apud inferos nullum reliquit. Omnia abstulit: utique electa. Neque enim infideles quosque et pro suis criminibus eternis supplicijs deditos ad veniam dominus resurgendo repauit: sed illos ex inferni claustris rapuit: quos suos in fide et actibus recognouit. Unde recte etiam per Osee dicitur: Ero mors tua o mors: ero morsus tuus inferne. Id namque quod occidimus: agimus ut penitus non sit. Ex eo autem quod mordemus: partem abstrahimus: partemque relinquimus. Quia ergo in electis suis funditus occidit mortem: mors mortem extitit. Quia deo ex inferno partem abstulit et partem reliquit: non occidit funditus: sed momordit infernum. Ait ergo: Ero mors tua o mors. Ac si apte dicat: Quia in electis meis te funditus perimo. Ero morsus tuus inferne: quod sublati mei te in parte traham.

figo. Tunc etenim dominus noster iesus christus illum tenebrarum et mortis principem colligauit: legiones illius perturbauit: portarum inferni vectes ferreos confregit: omnes iustos qui originali peccato astricti tenebantur absoluit: captiuos in libertate pristina reuocauit: peccatorum tenebris obsecratos splendida luce perfudit. Ecce audisti quod defensor noster ultionum dominus libere egisse describitur. Postquam enim exaltatus: id est a iudeis in cruce suspensus est: ut hanc breuiter cuncta perstringam: mox ut spiritum reddidit: unita suae diuinitati anima ad inferorum profunda descendit. Tunc tenebrarum terminum quasi quidam deceptor: splendidus ac terribilis attigisset: aspicientes eum impie ac tartarice legiones: territe ac tremantes inquiete ceperunt dicentes: Quis nam est iste terribilis et niueo splendore conuulsus? Numquam nisi tale excepit tartarus: nunquam in nostram cauernam tale euomuit mundus? Inuasor iste non debitor: exactor est non peccator. Iudicem videmus non supplicem. Venit iubere non succubere: eripere non manere. Ubi iam ianitores nostri dormierunt: cum iste bellator claustra vexabat? Idcirco si reus esset tam potens non esset. Si enim aliqua peccata fulcarent: nunquam nostra tartara suo dissiparet fulgore. Si deus: ut quod venit? Si homo: quod presumpsit? Si deus: quod in sepulchro facit? Si homo: quare peccatores soluit? Numquid cum actore nostro sedulus composuit: aut forte congressus et ipsum vicit: et sic ad nostra regna ascendit? Lente mortuus erat: certe illusus erat. Praelator noster nesciuit: quam hic stragem percuraret inferno crucilla: fallens gaudia nostra: parturiens dona nostra. Per lignum distati sumus: per lignum evertimur. Perit potestas illa: semper ipsis formidata. Nullus huiusmodi cenotapho loco et nigra semper caligine peccato iocundum lumen apparuit. Aut forte sol de mundo migravit? Sed nec celum nubes astraxit: apparuit: et tamen infernum lucet. Defendere contra ipsum custodiam carceris nostri non valemus. Male intrauimus: lumen obtenebrare nequiuimus: insuper et de nostro interitu formidamus. Unde est iste tam splendidus: tam fortis: tam hinc clarus: tamque terribilis? Adhuc ille qui nobis subditus fuit: semper nobis visus: mortis tributa persoluit: nunquam nobis tale misit: nunquam talia inferis munera destinauit. Quis huiusmodi est qui sic itrepidus noster fines ingreditur: et non solum nostra supplicia non veret: insuper et alios de vinculis nostris absoluit?

Ser. C. XXXVIII. In die sancto pasche: Ser. III

An forte ipse est ille de quo pnceps nŕ paulo ante dicebat: q̄ p eius mortē toti⁹ mūdi acciperet potestatem? Sed si iste est: in p̄trariū est nŕi p̄liatoris versa sentētia: ⁊ dū sibi vincere visus est: ipse potius victus atq; p̄strat⁹ est. Pnceps nŕ: hic ne est ille de cui⁹ tibi semp futura morte plaudebas? Ipse ne est in cui⁹ cruce omnē mūdu tibi subiugandū esse credebas? Ipse ne est in cui⁹ exitu nobis tanta spolia p̄mittebas? Quid ē qd̄ egisti? Quid ē qd̄ facere voluisti? Ecce iā totas tibi tenebras suo splēdore fugauit: ⁊ oēs tuos carceres fregit: captiuos eiecit: ligatos soluit: lucus eorum in gaudiū cōmutauit. Ecce ipse q̄ sub nŕis solebāt suspirare tormētis: insul tant nobis de p̄ceptione salutis: ⁊ nō solū iā nihil verent: insup ⁊ minant. Nunq̄ hic ita supbi erāt mortui: nec aliqū sic potuerūt leti esse captiui. Et qd̄ huc istū adducere voluisti: quo veniēte oēs sunt leticiē restituti qui ante fuerāt desperati? Nullus hic iā solitus eorū mugitus audis: null⁹ resonat gemitus. Factū ē autē captiuus redēptiōis cōmerciū. Pnceps nŕ: illas tuas diuitias q̄s primū acq̄siteras p̄ padis amissionē: nunc pdidisti p̄ crucē. Perit ois leticia tua: in luctū cōuersa sunt gaudia tua. Dū tu christū suspēdis i ligno: ignoras quāta damna sustineas i inferno. P̄uidere nō poteras: qz euerforē regni tui i mortē sine reatu aliquo p̄ducebas? At tēderes causā: req̄reres culpā. In quo nihil mali cognoueras: quare eū ad nostrā patriā p̄ducebas? Libeꝝ huc adduxisti: ⁊ tot obnoxios pdidisti. Post istas crudeliū ministroz infernaliū voces: sine aliqua mora ad imperiū domini et saluatoris nostri omnes ferri cōfracti sunt vectes. Et ecce subito innumrabiles sanctorū populi q̄ tenebant i morte captiui: saluatoris sui genibus aduoluti: lacrymabili eū voce cū obsecratōe deposcūt dicentes: Aduenisti redemptor mūdi: aduenisti quē desiderātes quotidie sperabamus. Aduenisti quē nobis venturū lex nūciauerat ⁊ p̄pheteꝝ. Aduenisti donans in carne viuis indulgentiā peccatorib⁹ mūdi: solue defunctos inferni. Venisti post longas lachrymas: eripe solus q̄ passus es p̄ nobis. Celi cōditor: ad inferos intrare dignatus es. Te enim nostra vocabāt suspiria: te larga requiebant lamenta. Unde spes desperatis: unde consolatio in tormētis? In aduentu tuo

catena nostra cecidit: noꝝ effugit. Vita veniente mors moritur: nec tortor instat: nec percussor. Damnati vota capiunt: creator impetrat non inuasor. In tyranno catena innectitur: et tortor noster p̄na torquet. Solue redemptor mundi: defunctos captiuos inferni. Descendisti p̄ nobis ad inferos: noli nobis deesse cuꝝ fueris reuersurus ad superos. Posuisti titulū glorię in seculo: pone signū victorię in inferno. Nec mora postq̄ audita est postulatio atq; allegatio innumerabiliū captiuorum: statim a domini iussu omnes antiqui iusti iura potestatis accipiunt: atq; in suos tortores ipsi protinus tormenta conuertunt: humili supplicatione cum ineffabili gaudio clamantes domino atq; dicentes: Ascende domine iesu spoliato inferno: ⁊ auctore mortis suis vinculis irretito: redde iā leticiam mundo. Iocundent in ascensu tuo fideles tui: aspicientes cicatrices corporis tui. Fecit hoc christus sicut iam superius dictum est: Facta p̄ceda in inferno: viuis exiit de sepulchro. Ipse se sua potentia suscitauit: et iterum se immaculata carne vestiuit. Discipulis suis apparuit vt dubitationem auferret incredulis. Clauorum vulnera demonstrauit: vt nullā suspicionem relinqueret manicheis. Adanifeste manducauit ⁊ bibi: postea dō in conspectu multorum apparuit. Per nubem celos ascēdit: in sede suam carnem ad patris dexteram vnde nunq̄ verbum dei discesserat collocauit. Exultēt ergo populi christiani: p̄ quibus sanguis effusus est christi. Iocundemur in domino: qui resurrectionem carnis solenniter celebramus in christo. Omnis per totum mūdum catholica gratuletur ecclesia: quia christus dominus ⁊ de sua diuinitate nihil minuit: ⁊ hominem quem creauerat liberauit. Unde exultantes voce humili supplicemus: vt pro quibus ista pertulit cum venit in mūdum: liberatos nos de manu inferi attollere secum dignetur in celum: cui est gloria in secula seculorum: Amen.

In eodem festo: de Resurrectione: Sermo III

Audete fratres charissimi: qz redemptionis nostrę p̄cium p̄solutum est. Nō modica quantitate cōstamus: p

S
Job. 20

Act. 1

Sermo
C. XXXVIII

A

Sancti Augustini de tempore.

quib⁹ ipse factus est p̄ciū qui redemit. **L**ui-
sus est dñs ⁊ saluator: ideo natus est vt do-
ceret: ideo mortuus est vt sanaret. **L**ux fuit
mortifera christo: sed salutifera christiano.
Surrexit saluator: charissimi cunctis diuini-
tatis sue manifestus indicijs. **N**ā secute sūt
eum stelle post vterū: gloria post sepulchrū.
Regressum custodit angelus: qui nunciaue-
rat nasciturum. **R**eddunt inferna victorem
et superna suscipiunt triumphantē. **S**ustu-
lit errorem nat⁹: mortē calcavit occisus. **R**e-
uocauit ab inferis quē creauit: in illius cru-
ce p̄cium nostrū pependit ⁊ regnū. **R**edit in
lucem creatura cum domino. **L**umen enim
ex lumie suscipere meruisti: qđ cum christus
oculos clauderet pdidisti. **P**roijciant superi
tenebras: quas saluator inferis denegauit.
Lōgaudeant hic elementa quę planxerant:
quia christus de sua maiestate nihil pdidit:

B ⁊ hominē quē fecerat liberauit. **J**udēi tamē
Matth. 27. p̄fidi monumēti lapidem signauerūt: vt nō
haberet christus egressum. **S**ed sicut eū mū-
dus nō capit: nec sepultura custodit. **T**eneb⁹
ibi: sed vbiq; regnat. **D**ifficile surgeret: si nō
anteq; resurgeret regnaret. **N**am quomodo
de sepulchro exire nō posset: qui ex incorru-

Luc. 2. ptis matris viscerib⁹ salua virginitate pro-
cessit? **S**efellit custodes: exiuit d̄ sepulchro:
apparuit discipulis ianuis nō apertis. **I**nde
clausus exiit: huc exclusus intrauit. **I**mmēse
maiestatis arcanū: fecit etiā in morte mini-
steriū. **C**rucifix⁹ redit ab inferis et triūphat.

Job. 2. **I**nter manū tuam thoma lateri saluatoris:
tange vulnera quę nostra peccata fecerunt.
Scrutare vnde sanguis effluxit: vt nobis sa-
nitatis poculum ppinaret. **I**ntuere thoma
p̄ciū nostrū: signa clauorū diligēter attende:
⁊ in ipsis vulneribus medicamentū vel the-
saurū humani generis recognosce. **N**isi hoc
ligno figeres: ligni illius p̄uaricatio minime
tolleret. **S**ed ideo se ille p̄cari voluit: ne nos
diutius peccata p̄citerent. **I**nnocentē tradi-
dit: vt reum absolueret. **Q**uis tantā digne
possit eloqui pietatem? **I**nnocēs affligit: vt
noxi⁹ liberaret. **E**t redimat seruus: occidit
filius. **E**titur p̄ij et fortissimi regis officio:
dum cicatrices quas p̄ salute populi sui ex-

Ecepit: ostendit. **A**spicite pharisēi vacuū mo-
numentū: ⁊ impietatis vestrę cognoscite sa-
cilegiū. **C**lauos quos fixeratis agnoscim⁹:
⁊ quem occidistis adoramus. **V**idete quem
compunxistis. **P**oterat fixuras clauorū dñs

resurrectione sua cōponere: sed ideo resera-
uit vt qui hoc sacrilegiū cōmiserant videant
et confundant. **Q** crudelissimi pharisēi: im-
pios vos videtis ⁊ perfidos. **U**ni mors da-
ta est vt omnibus tolleret. **S**ed christus do-
minus quādo mortē suscepit: ita corruptio-
nē non sensit: quomodo quādo natus est in-
tegritatē marię virginitas non amisit. **P**ro-
perate discipuli: ⁊ accepta potestate p̄ omēs
gentes excurrite. **R**enascant in spiritu: qui
nascunt in carne. **S**alutare lauacrū diluat:
quicquid p̄uaricatio sordidauit. **B**aptizent
omnes gentes in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiri-
tus sancti: vt impleat illud quod scriptū est:
Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spiritu san-
cto: non potest intrare in regnum dei. **N**os
x̄o charissimi qui nullis p̄cedentib⁹ meritis
de inferni carcere et de tenebris eterne noc-
tis meruimus liberari: ita sobrie: caste ac pie
viuere studeamus: vt stolā baptimi sine ali-
qua luxurię macula integrā illibatāq; seruā-
tes: ad eterne sponsi thalamū ⁊ ad illud cele-
ste ac nuptiale conuiuū charitate splēdidit:
bonorū margaritis operum ornatū feliciter
veniamus: ipso adiuuante qui cum patre et
spiritu sancto viuunt ⁊ gloriatur deus: **P**er om-
nia secula seculorū: Amen.

In eodem festo de Resurrectione
corporū cōtra gentiles: Ser. IIII C. XX

Et hos dies si recolit charitas ve-
stra fratres solenniter legunt euangeli-
cę lectiones ad resurrectionē do-
mini p̄tinētes. **O**mnes em̄ euangelistę quat-
tuor: neq; de passione domini: neq; de resur-
rectione tacere potuerūt. **N**am qđ multa fe-
cit dominus iesus: nō omnes oīa cōscripse-
runt: sed alius ista: alius illa: summātū con-
cordia veritatis. **A**multa etiā cōmemorat iō-
hānes euāgelista facta eē a dño iesu christo
qđ a nullo aliorū p̄scripta sūt. **T**āta facta sūt:
quāta tūc fieri debuerūt. **T**anta scripta sūt:
quāta nunc legi debuerunt. **E**t autē osten-
dant euangelistę omnes quattuor: in eo qđ
sunt oēs dicūt ⁊ nō p̄mittūt: id est de pas-
sione vel de resurrectione christi non inter se
dixisse cōtraria: valde operosus est labor. **N**ō
nulli em̄ putauerūt eos int̄ se esse cōtrarios:
cum essent contrarij aīę sue. **E**t ideo data est
mīno vt ostenderent inter se non esse con-
trarij. **S**ed sicut dixi si hoc vobis ostendam

Ser. C. XXXIX. In die sctō pasche: Ser. III

et in populo velim ista tractare: multitudo audientium prius obruitur tudio q̄ reueletur scientia veritatis. Sed scio fidem vestram: id est fidem huius totius multitudinis: et eorum qui hodie hic non sunt: et tamē fideles sunt. Noui fidem eorum sic esse certā de veritate euangelistarū vt expositione mea nō indigeant. Qui nouit quomodo ista defendat: doctior est nō fidelior. Habet fidem: habet facultatem defendendi fidem. Alius nō habet facultatem et copiam et doctrinam defendendi fidem: sed habet ipsam fidem. Ille autem qui nouit defendere fidem: titubantibus est necessarius non credentibus. In defensione enim fidei curant vulnera dubitationis vel infidelitatis. Qui ergo defendit fidem: bonus est medicus. Sed in te non est infidelitatis morbus. Quādo ille nouit curare q̄ non habes. Nouit ille ponere medicamentū: sed in te non est vitium. Non est sanis opus medicus: sed male habentibus. Tamē quē possunt expeditius dici pro tempore: et cōmodius audiri: subicere vobis non est consilij. De ipsa resurrectione domini cuius in seipso dominus p̄misit exemplū vt sciremus q̄ etiam in corporibus nostris in fine seculi sperare debeamus: multi multa disputant: aliqui fideliter: aliqui infideliter. Qui fideliter disputat: scire volunt diligentius q̄ respondeant infidelibus. Qui autem infideliter disputant: argumentantur contra animas suas: disputantes contra potentiam omnipotentis: dicentes: Unde fieri p̄t vt mortu⁹ resurgat? Dico ego: Deus est quē facit: et tu dicis fieri non potest. Non dico: Da mihi christianū: da mihi iudcū: sed da mihi paganū multorum idolorū cultorem: demonū seruum: qui non dicat deū esse omnipotentē. Negare christū p̄t: negare omnipotentē deum non potest. Quem tu ergo credis? quasi pagano loquor. Quem tu credis deū omnipotentē: ipsum ego dico mortuorū suscitatorē. Si dixeris: Nō potest fieri: derogas omnipotenti. Si autē credis illū omnipotentem: me quare respicis ista dicentem? Si dicerem⁹ carnē resurrecturā: vt esuriat et sitiāt: vt egrotet: vt laboret: vt corruptionibus subijciat: merito credere non deberes. Habet enim modo caro ista has necessitates vel calamitates. Et h̄ vnde? Causa peccatū est. In quo peccauim⁹: et omnes ad corruptionē nati sumus. Malorū omniū

nostrū causa peccatū est. Non enim sine causa homines mala ista patiuntur. Iustus est deus: omnipotēs est deus: nullo modo ista pateremur si nō mereremur. Sed cū essem⁹ in p̄nis: ad aquas venim⁹ de peccatis. Dominus noster iesus christus voluit esse in p̄nis nostris sine peccatis suis: sustinēdo sine culpa p̄nam: et culpam soluit et p̄nam. Culpam soluit peccata donando: p̄nam soluit a mortuis resurgendo: hoc p̄misit: et nos in spe ambulare voluit: pseueremus et ad rem pueniemus. Caro resurget incorruptibilis: caro resurget sine vitio: sine deformitate: sine onere ac pondere. Quā nūc tibi facit tormentū: postea tibi erit ornamentū. Ergo si bonū est habere corpus incorruptibile: quare hoc facturū deū volum⁹ desperare? Philosophi seculi hui⁹ qui magni fuerunt et docti et ceteris meliores: animā humanā imortalem esse senserunt. Nec solum senserunt: sed quātis potuerūt argumentationibus defenserunt: et ipsas defensiones conscriptas posteris reliquerūt. Sūt libri: legunt. Ideo istos philosophos dixi alijs fuisse meliores in cōparatione peiorum: quia fuerunt philosophi qui dicerent homini cū mortuus fuerit: nullā vitam postea remanere. Talib⁹ illi vtiq̄ p̄ponendi sunt. Et in quo illi meliores erant quā in multis a veritate deuiantes: tamē in quo erant istis superiores: veritati fuerant p̄pinquātes. Ibi ergo q̄ senserunt atq̄ dixerunt animas humanas immortales: de malis hominū: de erumnis erroribusq̄ mortalium quēsierūt causas quātum homines potuerūt: et dixerūt sicut potuerūt p̄cessisse merito ista corpora velut carcerē anime mererent. Deinde quēstus ē ab eis q̄ postea cū fuerit homo mortu⁹ q̄d erit: in hoc contriuerunt ingenia sua et laborauerūt quātum ingenia potuerūt reddere hominib⁹ rationem vel sibi vel alijs: Et dixerunt animas hominū male viuentiū immūdas pessimis moribus: cū exierint de corporib⁹ rursus cōtinuo reuolui ad alia corpora: et p̄nas hic luere q̄s videmus: eas vero animas q̄ bene vixerūt: cū exirent de corporib⁹: ire ad supna celorū: requiescere ibi in stellis et luminib⁹ istis conspicuis vel quibuscūq̄ celestibus abditisq̄ secretis: obliuisci omniū p̄teritorū malorū. Et rursus delectari: redire ad corpora et venire iterū ad ista patiēda. Hoc ergo interesse

Ser. C. XL. Feria sc̄da pasche: Ser. I.

voluerunt inter animas peccatorū et animas iustorum: quia peccatorū animas de primo statim cū exierint de corporib⁹: dicūt reuolui ad altera corpora: iustorum autē animas diu esse in requie nō tamen semper: sed rursus delectari corporibus: et de summis cēlis post tantā iusticiam ad ista mala facere ruīnam. Hoc dixerūt valde magni philosophi mundi huius: de quibus dicit scriptura *1. Cor. 1.* **Stultam fecit deus sapientiā hui⁹ mūdi. Si sapientiā: quantomagis stulticiam?** *1. Cor. 3.* **Si sapientiā mūdi stulticia est apud deum: stulticia mundi q̄s longe est a deo? Est tamē quēdam stulticia mundi huius: quę puenit ad deum. De qua dicit apostolus: Quoniā in sapiētia dei non cognouit mūdus per sapiētiā deum: placuit deo per stulticiā p̄dicationis saluos facere credentes. Et dicit: Iudci signa petunt: et gręci sapiētiā querūt: Hos autē p̄dicam⁹ xp̄m crucifixū: iudcis quidē scandalū: gentibus stulticiā: ip̄is autē vocatis iudcis et gręcis christū dei virtutem et dei sapiētiā. Venit dominus christus sapiētia dei: Cēlum tonat: ranc̄ taceant. Qd̄ dixit veritas: verū ē. Qd̄ dixit i malo quidē esse gen⁹ humanū causa peccati: manifestū est. Sed qui crediderint in mediatorē qui constitutus est medius inter deum et homines: inter deum iustum et homines iniustos medius homo iustus: hūanitatē habens de imo: iusticiā de sūmo: et ideo medi⁹ hinc vnū et vnū inde: quia si vtrūq; inde ibi esset: si vtrūq; hinc nobiscum iaceret: medius non esset. Qui ergo crediderit in mediatorē: et fideliter ac bene vixerit: erit quidē de corpore et erit in requie: postea dō recipiet corpus non ad tormentū: sed ad ornamentū et viuet cum deo in eternum. Non est qd̄ eum deleat vt redeat: quia secū habet corpus. Ergo charissimi qui p̄posui vobis hodie quid dicant etiā philosophi mūdi huius: quoz de sapiētiā tanq̄ veram stulticiam reprobauit: crastino adiuuāte domino exponere poterimus.**

Item in eodem festo alius sermo de Resurrectione domini et cantatione Alleluia: qui habet in libro Quinquaginta homeliarū. xvi.

Feria secūda pasche: de eo quod scriptum est in euāgelio fm̄ Lucam:

Duo ex discipulis iesu ibant et Sermo

I Esterno die: id est nocte lecta est ex **A** euangelio resurrectionis. Lecta est autem ex euangelio fm̄ **Matth.** **Matth.** **Hodie dō sicut audistis p̄nunciare lectorem: recitata est nobis domini resurrectionis: sicut Lucas euāgelista conscribit. Qd̄ sepe admonendi estis et memoriter tenere debetis. Nō vos debet mouere qd̄ alius euāgelista dicit si quid alius p̄termittit: quia et ille qui p̄termittit qd̄ alius dicit: dicit aliqd̄ quod ille p̄termisit. Aliqua dō singuli dicūt alij tres non dicunt: aliqua duo dicunt alij non dicunt: aliqua tres dicunt et vnus non dicit. Auctoritas autē tanta est euangelij sancti: vt quia in eis loquebatur spiritus vnus: verum sit etiam qd̄ dixerit vnus. Hoc ergo quod modo audistis: q̄a domin⁹ iesus postea q̄ resurrexit a mortuis: inuenit duos in via ex discipulis suis colloquētes inuicem de his quę contigerāt: et dixit illis: Qui sunt sermones isti quos loquimini vobiscū: et cetera: solus dicit Lucas euāgelista. Breuiter h̄ attigit. **Matth.** **Quia apparuit duobus i via: sed quid illi dixerint domino: vel quid eis dixerit domin⁹ p̄termisit. Quid ergo ista lectio contulit nobis? Abagnū aliqd̄ si intelligamus. Apparuit iesus: videbatur oculis et non agnoscebat. Magister ambulabat cum illis i via: et nōdum illi ambulabant i via. Inuenit em̄ eos exorbitasse de via. Quando em̄ cum illis fuerat ante passionē: omnia p̄dixerat passurū se fuisse: morturum: tertia die resurrecturū. Omnia p̄dixerat: sed sermo illius illorum obliuio fuit: sic p̄turbati sunt quando cum viderunt in ligno pendentem. Hos inquit sperabamus quia ipse erat redempturus israel. Qd̄ discipuli sperabatis: ergo iam nō speratis? Ecce christus viuit: spes mortua est i vobis. Prius viuit christus. Abortua discipuloz corda inuenit: quorum oculis apparuit et nō apparuit: et videbat et abscondebat. Nam si non videbatur: quomodo illum interrogantem audiebant: interroganti respōdebant? In via cum illis tanq̄ comes ambulabat: et ipse dux erat. Vtrūq; videbant: sed nō agnoscebant. Tenebantur oculi eorum: sicut **Luc. 24.** **Luc. 24.** **ubi voluit dominus agnosci? In fractione panis. Securi sumus: panem frangimus:******

Ser. C. XLI. Feria scda pasche: Ser. II

domini agnoscimus. Noluit agnoscī nisi
ibi propter nos: qui non eum visuri eramus
in carne: et tamen maducaturī eius carnem.
Quisquis f̄ fidelis es: quisquis nō inaniter
christianus vocaris: quisquis ecclesiam non
sine causa ingrederis: quisquis verbum dei
cū timore et spe audis: consolaf te fractio pa-
nis: absentia dñi nō est absens. Habero fidē
et tecū est quē nō vides. Illi qñ cū eis dñs lo-
quebat nec fidē habebant: q: cū resurrexisset
nō credebant: nec resurgere posse sperabāt.
Perdiderunt fidē: pdiderant spem: ambula-
bant mortui cū viuente: ambulabāt cū ipsa
vita. Cū illis ambulabat vita: sed i eorū cor-
dibus nondū erat vita. Tu vō si vis habere
vitā: fac qd fecerūt vt agnoscas dñm: hospi-
tio susceperūt. Similis em̄ erat dñs tanq̄ in
longinqua p̄genti: illi vō tenuerūt eū. Post
ea q̄ venerunt ad locū quo tendebant dixe-
runt: Jam hic nobiscū mane: declinauit in
vesperā dies. Tene hospitē: si vis agnoscere
saluatorē. Ad tulerat infidelitas: reddidit
hospitalitas. Dñs ergo p̄sentauit seipsum in
fractioe panis. Discite vbi dñm queratis:
discite vbi habeatis: discite vbi agnoscatis
quādo maducatis. Morūt em̄ fideles aliqd
qd meli⁹ intelligūt in ista lectione q̄ illi nō
nouerunt. Dñs his cognitus est: et postea q̄
cognit⁹ est nusq̄ cōparauit ab eis. Affuit cor-
pore: dum tenebat fidē. Ideo em̄ dñs nō ab-
sentauit se corpore ab omni ecclesia et ascen-
dit in celū vt fides edificet. Si em̄ non nosti
nisi qd vides: vbi est fides? Si autē credis et
qd nō vides: cum videris gaudebis. Edifi-
cat fides: q: reddidit species: veniet qd vide-
mus. Veniet fratres veniet: vide quō te in-
ueniat. Nam veniet qd dicunt homines: vbi
est: quādo est: quomō est: quādo erit: quan-
do venturū est. Certus esto veniet: non solū
veniet: sed et si nolis veniet. Et qui nō credi-
derūt: et magnū gaudiū eis qui crediderūt.
Gaudebūt fideles: cōfundent infideles. Fi-
deles dicturi sunt: Hās tibi dñe: vera audī-
uim⁹: vera credidim⁹: vera sperauim⁹: vera
cernim⁹. Infideles autē dicturi sunt: Tūc est
qd nō credebam⁹: vbi est qd illa q̄ legebant
mēdacia purabam⁹? Ita fiet: vt cōfusiōi red-
dat suppliciu. Ibunt enim illi in cōbustionē
eternā: iusti autē in vitā eternam.

XLI. Eodē die: de resurrectione: Ser. II

Resurrectio domini nostri iesu christi
ex more legis his diebus ex omnib⁹
libris sancti euāgelij. In hac lectioe
animaduertim⁹ quomodo discipulos suos
p̄ma membra sua herentes lateri suo obiur-
gauit dominus iesus: quia quem dolebant
occisum fuisse: nō credebāt viuū esse patres
fidei: nōdum fideles magistri: vt crederet to-
tus orbis terrarum qd p̄dicaturū fuerant: et
p̄pter quod fuerant morturi: nōdum crede-
bant. Quem viderāt mortuos suscitasse nō
credebāt resurrexisse. Merito ergo obiurga-
bant: ostēdebant sibi vt innotescerēt sibi qd
esset p̄ seipsum: quid futuri essent p̄ illū. Sic
etiā petrus demōstrat⁹ est sibi quādo deum
imminente passiōe p̄sumpsit: et veniente ipsa
passiōe titubauit. Vidit se in se: voluit se i
se: fleuit se in se: cōuersus est ad eum qui fece-
rat se. Ecce isti nōdum credebant. Qualis il-
li⁹ dignatio qui nobis dedit credere qd nō-
dum videmus: non credimus verbis eorū:
illi non credebant oculis. Resurrectio autē
dñi nostri iesu christi noua vita: et vita est cre-
dentiū in iesum: et hoc sacramentū est passi-
onis et resurrectionis eius: qd valde nosse et
agere debetis. Non enim sine causa vita ve-
nit ad mortē. Nō sine causa fons vitę vnde
bibit: bibit hūc calicē qd ei non debebat. Nō
enim chusto debebatur mori. Unde venerit
mors: originē ipsius queramus. Pater mor-
tis peccatū est. Si enim nunq̄ peccares: ne-
mo morerē. Legē dei: hoc est p̄ceptū dei
cum conditione homo primus accepit: vt si
seruaret viuere: si corrūperet morerē. Non
sefe credendo morturū fuisse qd dixerat qui
legem dederat: inde mors: inde labor: inde
miseria: inde etiā post mortem primā mors
secūda est: post mortem temporalem: mors
sempiterna. Huic ergo traditioni mortis ob-
noxius: his legibus inferni obstrictus nasci-
tur omnis homo: sed propter illum hominē
de⁹ homo factus est ne periret homo. Non
enim legibus obstrictus venit: ideo dicitur
in psalmo: Inter mortuos liber. Quez sine
concupiscentia virgo concepit: quem virgo
peperit et virgo permansit: qui vixit sine cul-
pa: qui est mortuus propter culpā nō suam:
Nam mortuus est propter nostram. Pena
culpe mortis dominus iesus christus mori
venit: peccare non venit: cōmunicando no-
biscum sine culpa p̄nam et culpam: soluis

Luc. 24

Matth. 26

B

Ps. 87